Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26196
Copyright: Admont, Benediktinerstift



47

cfessio ueritatis ad salutem sufficit. Qui autem numeri mensuras
et facturae tabulas utrumque latus habuit. quia numerum una
eademque fides. spes. et caritas. utique populo per apostolos praedicatum. ad
una utique promissa regni celestis uocatum. deumque genale
praeceptum saluatoris accipiunt. Et uniuersum in mundum uniuersum praedicare
euangelium omni creaturae. idem et circumcisionem et praeputium. ubi
absque ulla differentia subiferunt. qui credidit et baptizatus
fuerit saluus erit. A septentrionale uero plaga tabernaculi
faciebat sex tabulas. et rursum alias duas quae in angulis erigantur
per uergum tabernaculi. Iosephus scribit de tabernaculo quod. x. cu-
bitos habuerit latitudinis. scribit et ita quod tabulae eius mensura
.iiii. digitos fuerint aureas suspensae ex quibus uidetur uelle intelligi
quod tantae altitudinis factae fuerint ipsae bases tabularum.
quae rursus de hoc quod in propositum capitulo ac deuecub tabu-
larum ita dicit. Posterioris autem parietis noue cubitos sex ta-
bulae faciebant quibus coniunctae sunt alae duae tabulae ex medio
cubito factae quae angulares posuerit. ad istar maiorum ta-
bularum singulae uero tabulae anulos habebant aureos per ex-
teriores frontes eminentes uelut quibus radicibus fixos
per ordinem adinuicem per circuitum respicientes. et per eos deau-
rati uectes immissi uno quoque habentes magnitudinem cubitorum
.v. erantque ad iunctiones tabularum. iterabantque uectes uni cuique
capiti in alio uectes capite uelut in modum choenis per uergum parie-
tum in longitudine positum. uni erat ordo per tabulas omnes
uadens quo per uicinos utrusque parietis latera continebant.
in castrationibus factis et immissis adinuicem. quod propterea sic
exquisitum est ut neque auentus moueret. neque alia causa
tabernaculum conturbaret. sed immobile secura quietem seruaret.